

Socrates et Plato pro certo habuerunt virtutem scientiam esse et disci posse.

(Virtutem esse scientiam et disci posse constabat Socrati et Platoni.)

Quamquam etiam Seneca nihil inter sapientiam et virtutem interesse putabat, tamen sapientiam, quae quidem (in) factis appareat/nititur, a scientia non (in) factis apparente/nitente distinxit (tamen necesse erat eum distinguere sapientiam factis se ostendentem a scientia factis se non ostendente), ut pluris aestimaret voluntatem, quam (rationem) Graeci singula voce acute exprimere non potuerunt.

„Sapientia est semper idem velle atque idem nolle”. Sic autem solum sapiens velle potest. Sapientia non magis meditando, ne dicam libros legendo, comparari potest quam sola voluntate (volendo).

(Quo modo solus vir sapiens velle potest, et item sapientiam solum velle, non cogitando nedum libros legendo consequi potes.)

Nunc autem ea sola condicione, ut bonum velis, progredi potes, quod ipsum iam significat te progressum esse, verumtamen in tali voluntate etiam inest, ut ipsa vincere non valeat sive internis sive externis impedimentis obstantibus.

(Bona voluntas est principium progressionis/progressus et ipsa progressio. Proprium autem est bonae voluntatis pervincere non posse sive res intestinae sive externae obstant.)

Nam inter voluntatem bonam et bonum ipsum adhuc distantia/discrimen/spatium est, quae/quod tantummodo tum superabitur/vincitur/tollitur cum tota persona ipsa secum constans nihil aliud facere nisi bonum poterit.

(Inter voluntatem boni adipiscendi et bonum ipsum adhuc spatium interest, quod tum demum tollitur, cum homo toto animo ac corde unus atque idem est sibique constat et nihil nisi bonum perficere potest.)

Quod etiam exprimit illud Senecae, quod “non laboriosum bonum facere, sed fieri”.

(„Non labor est bonum perficere, sed bonum fieri“.)

Quam difficilis sit transitus, qui in epistulis petitur, ex eo apparent, quod Seneca Lucilio scribere potest necesse esse, ut is bonus homo fiat, eum semper velle et simul dicit velle disci non posse.

(Quam autem difficile est pervenire ad id, quod in litteris eius proponitur, (ex) eo apparent, quod Seneca Lucilio scripsit eum bonum velle sane satis esse, ut bonus fiat, simul autem bonum velle disci non posse.)

Fieri autem potest, ut discas – etiamsi non ex te ipso quidem, sed magistro adiuvante – quomodo liberari possis a falsis opinionibus/erroribus/superstitione/furore et externis impedimentis, ut animam natura ad bonum propensam ita liberam proferas.

Quod autem disci postest, si minus sponte sua, at tamen magistro adiuvante, id est liberari a falsis opinionibus et externis rebus obstantibus et hoc modo discimus studium/amorem boni adipiscendi a natura datum/insitum/innatum promere/vindicare/sublevare.